



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBRI QVATVOR.

Cucchi, Marco Antonio

Coloniae, 1564

VD16 ZV 4150

Peculio Clericorum. xvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62908)

I Abb. d. c. oneri sit ecclesiæ, quàm emolumento.
nulli.

Sed interdum & si nulla solennitas in alienatione facienda posthabita sit, ab ea tamen resilire licebit: vt si graue dispendium ex ea alienatione ferat ecclesia, rescindetur enim tunc alienatio

m c. i. eod. per in integrum restitutionem. m
titu.

Sed cùm ex supradictis appareat, ne ecclesiasticis quidẽ personis licere ecclesiasticas res alienare, quo detestabilior est iudicanda Principum secularium temeritas, qui falcem in messem alienam iniicere, resq; ecclesiasticas prophanis sacrilegisq; manibus cõtractare, easq; iure suo, quasi earum domini sint, alijs donare non dubitarint, atque ita egentium clericorum substantiam rapere, vel qui ab eis hæc petere ausi fuerint: quippe hoc modo tentata, irrita esse omnia ex Concilio Lugdunensi iubentur. hocq; impium & temerarium hominum genus à communionem ecclesiæ excludi.¹¹

n c. ii.

De Peculio Clericorum.

Tit. XVI.

Inquirendũ est prætereà, si quis presbyterorum de rebus ecclesiæ, vel oblationibus, vel votis fidelium, alieno nomine

nomine res comparuerit quia quem-
admodum suo, ita nec alieno nomine
fraudem facere presbyter de faculta-
tibus ecclesiasticis potest: quoniam
hoc sacrilegium est. & par crimini Iu-
dæ, qui sacros oblationes asportabat,
& furabatur.^a

*a c. inquit
rendis. eod.
titu.*

Et qui patrimonij nihil habebat pres-
byter, quo tēpore ad sacrum ordinem
promotus est, si postea prædium eme-
rit, ecclesiæ illud acquirit, ad quam
inops promotus est. ^b Idcirco Episco-
pus res, quas ecclesiæ occasione post
consecrationē acquisierit propriæ ec-
clesiæ relinquere tenetur. ^c Et pres-
byter qui diocēsim tenet, de his quæ
emerit, ipsius ecclesiæ nomine con-
ficere instrumenta debet, aut ab ea
discedere.^d

b c. i.

c c. iii.

d c. ii.

Si quis sanè clericorum agellos vel
vineolas sibi parasse sustentandæ vitæ
causa probatus fuerit, vsq; ad obitum
suum ea possidere poterit: sed post eius
decessum ecclesiæ erunt restituenda,
nec testamentario, aut successorio iu-
re cuiquam hæredum pro hæredum ue
relinqui possunt, nisi forsan cui Epif-
copus propter obsequia Ecclesiæ præ-
stita elargiri voluerit.^e

e cap. fin.

H De